Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

illi, et iam cū opus habuerit officia pietatis exhibeat.
Recte altare thimiamatis in longitudine et in latitudine
sua quadrangulum fieri iubetur. Ut in sinu eiur quia per
fectoq animus foederatis ad inuicem uiscatib; quantum
diligere fratrem tantum et ferre sufficit. Et quan
tum per patientiā sustinere molestiā eius potest. tantū
prestare ei per dilectionem suae pietatis beniuolentiam
potest. Quos aū habet cubitos in latitudine. quia duplex
sese praemium in futura uita accepturos sperent electi.
Unum uidelicet qui et is animarum cum corruptibile hoc
et mortale corpus sequentur. caeleste regnum intrauerint.
Aliud cum recepto eodem corpore incorrupto atque in
mortali perfectius in praesentia sui conditoris exultabit.
Impleta promissione prophetica quae dicit. In terra
sua duplicia possidebunt. laetitia sempiterna erit eis.
Cornua ex ipso procedent. Uestiesq; illud auro purissimo.
tam craticulam eius quam parietes et cornua. Cornua
sepe in scripturis solent eminentiā designare fidei et
uirtutum. per quam obuiantia nob antiqui hostis cer
tamina obtundere ac superare debemus. Dicentes cū
propheta dno. In te inimicos nros cornu uentilabimus.
Qui mox de quo cornu dixisset subdendo declarauit.
dicens. et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.
Sicut et contra non numquā bella uirtioq quae nos